



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Mortis articulus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Moneta, vide Cambium, Debitum.

Mora, vide Debitum.

Non tenetur quis ad interesse damni aut lucri cessantis ante moram, si de eo non fuit pactum. * *Syl. mora q. 4.*

Obligatus ex delicto semper est in mora: qui autem sine delicto, & non potest, aut difficile potest, aut alioqui causa iusta excusatur, putant quidam non esse in mora, adeoque non teneri ad interesse ratione moræ, nisi ex pacto, vel appositione pœnæ conventionalis, si tali tempore non restitueret, aut impotentia culpa eius accidisset. Alij putant, qui non soluit tempore debito, etiam sine culpa in mora esse: quæ mihi opinio videtur mercatorum vsu recepta.

* Obligatus } *Syl. l. c. q. 1.*

Morosus non tenetur restituere, quando res apud dominum peritura erat. *Syl. l. c. q. 4.*
Fum. vers. commodatum num. 7.

MORTIS ARTICVLVS.

Talis est qui prudentis iudicio videtur, & secundum quosdam, cum quis febris continua laborat, aut est ætate confectus, aut iter facturus periculosum. *Syl. vers. Mors nu. 4.*
Ang. ibid. numer. 6. Vide etiam Naua. in Sum. c. 2. numer. 8.

* *Vide Nau. c. 2. num. 9. c. 26. num. 31. Fu. vers.*

Mors num. 6. Sylu. mors nume. 4. Ang. eo. 6. vbi de periculo.

Nau. Syl. confessio 1. nu. 6. Fum. l. c. Suar. 1. 3. d. 69. sect. 3. col. 2. articulum, & periculum mortis pro eodem accipiunt; vt quis possit absolui. Val. t. 4. d. 7. q. 10. p. 2. cum Sot. d. 18. q. 4. art. alterum ab altero distinguit. Vide Absolutio 4.

Indulgentia concessa alicui in vero articulo mortis non prodest ijs, qui non moriuntur: at prodest, si scriptum sit in bulla In articulo mortis. *Bellar. l. 1. c. 9. de Indulg.*

*Mutuum, vide Debitum, Depositem,
Vsurā.*

1 **M**utuum repetens ante tempus, quia æget, non tenetur ad interesse, nisi mutuarius aliundè, si ille non mutuasset, fuisset habiturus.

* *De mutuo Mol. à d. 298. Garzias c. 6. De usura in mutuo, D. Th. 2. 2. q. 78. Bannes ib. ar. 2.*

2 Licet aliquid accipere pro obligatione mutuandi, non tamè ratione periculi, cui pecunia mutuo data exponitur. *Sot. lib. 6. q. 4. art. 1. Conrad. q. 59. de contract. Sylu. Vsurā 2. nu. 2. Tolet. de pecc. mort. c. 51.*

* *Vers. Sot. l. 6. q. 1. art. 2. Mol. d. 308. nu. 4.*

3 Mutuare cum pacto remutuandi, licere quidam aiunt; sed id alij negant, quibus assentior: obligare enim ad aliquid pecunia æstimabile ob mutuum, usura est.

* *Conrad.*